

## PARS SECUNDA

### De titulis non legitimis quibus barbari novi orbis venire potuerint in ditionem hispanorum.

#### SUMMA

1. Imperator non est totius orbis dominus.
2. Imperator licet esset dominus mundi, non ob id posset occupare provincias barbarorum, et constituere novos dominos, et veteres deponere, vel vectigalia capere.
3. Papa non est dominus civilis, aut temporalis totius orbis, loquendo proprie de dominio, et potestate civili.
4. Summus Pontifex quamvis haberet potestatem secularem in mundo, non posset eam dare Principibus secularibus.
5. Papa habet potestatem temporalem in ordine ad spiritualia.
6. Papa nullam potestatem temporalem habet in barbaros Indos, neque in alios infideles.
7. Barbari si nolint recognoscere dominium aliquod Papæ, non ob id posset eis bellum inferri, et illorum bona occupari.
8. Barbari, an priusquam aliquid audissent de Fide Christi, peccarent peccato infidelitatis, eo quod non crederent in Christo.
9. Ignorantia ad hoc quod alicui imputetur, et sit peccatum, vel vincibilis, quid requiratur, et quid de ignorantia invincibilis.
10. Barbari an ad nuntium primum Fidei Christianæ teneantur credere, ita quod peccent mortaliter non credentes Christi Evangelium, solum per simplicem annuntiationem, etc.
11. Barbaris si simpliciter Fides annuntiaretur, et proponeretur, et nollent statim recipere, hac rationes non possent Hispani illis bellum inferre, neque jure belli contra eos agere.
12. Barbari rogati, et adminiti, ut audiant pacifice loquentes de Religione, quomodo si nolint, non excusentur a peccato mortali.
13. Barbari quando tenerentur recipere Christi Fidem sub mortalis peccati pœna.
14. Barbaris an hactenus ita proposita, et annuntiata

## PARTE SEGUNDA

**De los títulos no legítimos por los cuales se alega que los bárbaros del Nuevo Mundo pudieron venir al imperio de los Españoles.**

### SUMARIO

1. El Emperador no es el amo de todo el orbe.
2. Aunque el Emperador fuera el amo del orbe, no tendría derecho a ocupar las regiones de los bárbaros, ni de deponer a los antiguos señores, ni de instituir otros nuevos, ni de imponer allí contribuciones.
3. El Papa carece del dominio civil o temporal en todo el orbe; se entiende, en el sentido estricto del derecho o poder civil.
4. Aunque el Papa tuviera potestad secular en el orbe no podría transmitirla a los Príncipes seculares.
5. El Papa tiene potestad temporal para las cosas espirituales.
6. El Papa no tiene potestad temporal sobre los indios bárbaros ni sobre los demás infieles.
7. El no reconocer tales bárbaros dominio alguno al Papa no daría derecho a éste a hacerles la guerra ni a ocupar los bienes de los mismos.
8. Si dichos bárbaros, antes de enterarse de la Fe de Cristo, pecaron por el pecado de infidelidad de no creer en Cristo.
9. Cómo debe de ser la ignorancia para que sea venible y pecado y que sea la ignorancia invencible.
10. Si los bárbaros, al recibir la primera noticia de la Fe Cristiana, estaban obligados a creer, so pena de pecar mortalmente y en virtud del simple anuncio, etc.
11. Por el mero hecho de que los bárbaros al llegarles el primer anuncio de la Fe Cristiana ni la recibieron ni acataron en seguida, no pudieron los Españoles hacerles la guerra ni emplear contra ellos el derecho de la guerra.
12. Una vez amonestados dichos bárbaros para que oigan pacíficamente hablar de la religión, cuándo pecarán mortalmente por no consentirlo.
13. Cuándo estarán obligados los bárbaros a recibir la Fe de Cristo bajo pena de pecado mortal.
14. En opinión del autor, no consta suficientemente que la Fe Cristiana haya sido propuesta y anunciada a

fuerit Fides Christiana, ut teneantur credere sub novo peccato, non satis liquet secundum authorem.

15. Barbaris, etsi quantuncumque Fides annuntiata probabiliter, et sufficienter fuerit, et noluerint eam recipere, non tamen ob id licet eos bello persequi, et bonis suis spoliare.

16. Principes Christiani non possunt, etiam autoritate Papæ, coercere barbaros a peccatis contra legem naturæ, nec ratione illorum eos punire.

Supposito ergo quod barbari illi erant veri domini, superest videre quo titulo potuerint Hispani venire in possessionem illorum, vel illius regionis: et primo referam titulos, qui possint prætendi, sed qui non sint idonei, nec legitimi. Secundo, ponam alios titulos legitimos, quibus potuerint barbari venire in dittonem Hispanorum. Sunt autem septem tituli, qui possunt prætendi, sed non idonei: septem autem alii, vel octo iusti, et legitimi.

*Primus ergo titulus* posset esse, quod Imperator est dominus mundi: Et sic dato, quod tempore præterito fuisset aliquid vitii, jam esset purgatum in Cæsare Imperatore Christianissimo. Nam dato quod ita sit, quod sint veri domini, possent habere superiores dominos, sicut inferiores Principes habent Regem, et aliqui Reges habent Imperatorem, quare in eandem rem possunt plures habere dominium: unde est illa distinctio Juristarum trita: Dominium, altum, bassum, directum, utile, merum, mixtum.

Dubitatur ergo, utrum isti haberent domi-

los bárbaros en modo tal que cometan un nuevo pecado al no aceptarla.

15. Aunque se haya anunciado a los bárbaros la Fe con suficiencia de pruebas, el hecho de no querer aceptarla no autorizaba al hacerles la guerra ni a incautarse de sus bienes.

16. Los Príncipes Cristianos, ni aun con la autoridad del Papa, pueden hacer coacción en los bárbaros por causa de pecados mortales contra la ley de la naturaleza, ni castigarles a causa de ellos.

Demostrado ya por lo que precede que aquellos bárbaros eran verdaderos dueños, quedá-nos ahora apreciar con qué derecho pudieron los Españoles entrar en posesión de los mismos y de sus tierras. Examinaré primero los títulos que pueden alegarse, pero que no son pertinentes ni legítimos, y, en segundo lugar, indicaré aquellos otros títulos legítimos, en virtud de los cuales han podido quedar sometidos a España. Los primeros, es decir, los alegados, pero no idóneos, son siete; los otros, justos y legítimos, son siete también, o quizá ocho.

El *primer título* que se puede alegar, y se alega, es que el Emperador es el dueño de toda la tierra, añadiéndose que si en tiempo pasado pudo oponerse algún vicio en tal dominio está ya ahora purgado, y, por lo tanto, lo tiene sin mancha el César, Emperador cristianísimo. Y aun en el supuesto que tales indios sean verdaderos señores, pueden tener dueños superiores en el reino, del mismo modo que en la Cristiandad los Príncipes inferiores tienen encima al Rey, y algunos Reyes, al Emperador, ya que puede haber en la misma cosa varios grados y géneros de dominio, y es bien conocida la distinción de los jurisconsultos entre los dominios alto y bajo, directo y útil, mero y mixto, etc.

Así, pues, lo que se discute aquí es si dichos

nium superiorem, Et quia non potest esse dubium, nisi de Imperatore, aut de Papa, ideo de istis dicemus.

Et videtur primo, quod Imperator sit totius orbis dominus, et per consequens etiam barbarorum. Primum ex communi appellatione, quam tribuunt Imperatori, Divo Maximiliano, aut Carolo semper Augusto, orbis domino. Item: *Exiit edictum a Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis* (1). Sed non debent esse peioris conditionis Imperatores Christiani: ergo. Item: Dominus videtur iudicasse Cæsarem, esse verum dominum Judæorum: *Reddite, inquit, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, etc.* (2). Non videtur autem quod jus posset habere, nisi quia Imperator, ergo. De hoc Bart. in *Extravagant. ad reprimend.* quæ est Henrici VII. tenet expresse, quod Imperator de jure est totius orbis dominus. Et idem tenet Gloss. in cap. *Per venerabil. qui filii sint legit.* Et idem ad longum Gloss. in cap. *Venerabil.* de Election. et probant primo in apibus (Decreto II, 7, 1, 41) ubi Hieronimus dicit, quod in apibus unus est Rex, et in mundo unus Imperator. Item ff. ad l. *Rhodi*, l. *Deprecatio*, ubi Imperator Antoninus dicit: *Ego quidem mundi dominus.* Et in l. *Bene a Zenone*, C. de *Quadr.*

---

(1) Luc. 2.

(2) Luc. 20.

bárbaros estaban sujetos a un dominio superior; duda que sólo ha de recaer en los del Emperador o del Papa. Por esto, de ambos hablaremos.

Hay que averiguar, en primer lugar, si es verdad que el Emperador sea dueño de todo el orbe y, por lo tanto, de los bárbaros en cuestión. Se quiere inferir primero del mismo nombre del Señor del Mundo, con el cual se honra por todos al Emperador, y así se hizo y se designó al Divino Maximiliano y se hace y repite con Carlos siempre Augusto, dueño de la tierra. Se dice en San Lucas (2.º, 1): *Se promulgó un edicto de César Augusto mandando empadronar a todo el mundo*. Los Emperadores cristianos no han de ser de peor condición ni poseer menores facultades que aquel, luego... Además, parece que el Señor juzgaba al César verdadero amo de los Judíos. *Pagad, dijo, al César lo que es del César* (San Lucas, 20, 25). Y esta es también la opinión de Bartolo, quien al comentar la Extravagante de Enrique VII, *Ad reprimendum*, dice expresamente que, en derecho, el Emperador es amo de toda la tierra... Y lo mismo dice la Glosa en el cap. *Per venerabile*, título *Qui filii sunt legitimi* (Decretales, IV, 17, 13), y más extensamente en el capítulo *Venerabilem*, título *De electiones* (Decretales, I, VI, 34). Y lo quieren probar fundándose en el 41, cuestión 1.ª, *in apibus* (Decr., II, 7, 1, 41), donde Jerónimo dice, del mismo modo que en las colmenas hay sólo una reina para las abejas, hay para el mundo un solo Emperador. Y en el Digesto *De lege Rhodia*, ley *Deprecatio* (cap. XIV, 2, 9), dice el Emperador Antonino: *Yo, que soy Señor del Mundo*. Y en la ley *Bene a Zenone* del Código, título *De qua-*

præscriptione omnia Principis esse intelliguntur. Et posset etiam probari: quia Adam primo, et postea Noe videntur fuisse domini orbis (1): *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, ut præsit piscibus maris, et volatilibus Coeli, universæque terræ, etc.* Et infra: *Crescite, et multiplicamini et replete terram, et subjicite eam, etc.* Et idem in sententia dictum est Noe Genes. 8. Sed illi habuerunt succesores: ergo. Item quia non est credendum, quin Deus non instituerit in orbe optimum genus gubernationis (2). *Omnia in sapientia fecisti.* Sed illud est Monarchia, ut S. Thom. egregie dicit de Regim. Princip. lib. 1. cap. 2. et videtur sentire Aristot. 3. Polit. ergo videtur quod ex institutione divina debeat esse unus Imperator in orbe. Item ea quæ sunt præter naturam, debent imitari naturalia: sed in naturalibus est semper unus rector, ut in corpore cor, in anima una ratio, ergo ita debet esse in orbe unus rector, sicut unus Deus.

1. Imperator non est totius orbis dominus.

1. *Resp. et impugnatur. 1. titulus.* — Sed hæc opinio est sine aliquo fundamento. Et ideo sit prima conclusio. *Imperator \* non est dominus totius orbis.* Probatur: Quia dominium non potest esse nisi vel jure naturali, vel divino, vel humano. Sed nullo tali est dominus orbis: ergo. Minor probatur, primum de jure

(1) Genes. 1.

(2) Psalm. 103.

*drhenniu proescriptione* (cap. VII, 37, 3), se parte del principio que todas las cosas pertenecen al Emperador. Y aun se añade que Adán, primero, y Noé, después, aparecen en las Sagradas Escrituras como señores del orbe. Dice el Génesis (I, 28): *Hagamos al hombre a imagen y semejanza nuestra y domine los peces del mar y a las aves del cielo y a las bestias y a toda la tierra*. Y más abajo (versículo 28): *Creced y multiplicaos; hinchad la tierra y enseñoreaos de ella*. Y análogo mandamiento dió el Señor a Noé (Génesis, cap. VIII). Ambos tenían que tener después sucesores. Además, no puede dejar de creerse que Dios eligió el mejor sistema de gobierno para el mundo, y por esto se dice en el Salmo 103: *Todo lo has hecho sabiamente*. Y el mejor sistema de gobierno es la Monarquía, como egregiamente dice Santo Tomás en la obra *De regimine Principum* (libro I, cap. II), y lo mismo Aristóteles en el libro III de su *Política*, de lo cual resulta, prosíguese, que por mandato divino tiene que existir un Emperador en la tierra. Además, las cosas que están fuera de la naturaleza deben imitar a las naturales, y en éstas hay en todas un rector que es: en el cuerpo, el corazón, y en el alma, el entendimiento. Así, en el orbe tiene que existir un solo rector, del mismo modo que sólo hay un Dios.

1. *Se contesta y queda impugnado el primer título*. Toda esta doctrina carece de fundamento alguno. Nuestra primera conclusión ha de ser y es: *El Emperador no es el amo del orbe*. Y lo probaremos. El dominio no puede existir sino en virtud del derecho natural, o del divino, o del humano. Se demuestra la menor primeramente en cuanto al derecho na-

1. El Emperador no es el amo de todo el orbe.



naturali, quia ut bene dicit S. Thom. 1. p. q. 92. art. 1. ad 2. et q. 96. art. 4. In jure naturali homines liberi sunt, excepto dominio paterno, et maritali. De jure enim naturali pater habet dominium supra filios, et maritus in uxorem. Ergo nullus est qui jure naturali habeat Imperium orbis. Et, sicut etiam dicit S. Thom. 2. 2. q. 10. art. 10. dominium, et praelatio introducta sunt jure humano, ergo non sunt de jure naturali: nec esset major ratio quare hoc dominium conveniret Germanis magis quam Gallis. Et Aristot. 1. Polit. dicit quod duplex est potestas. Una familiaris, ut patris ad filios, et viri ad uxorem, et hæc est naturalis. Alia est civilis, quæ licet a natura quidem habeat ortum, et ideo potest dici de jure naturæ, et S. Thom. de Regim. Princ. cap. 1. lib. 1. est enim homo animal civile: non tamen natura, sed lege constituta est.

De jure autem divino ante adventum Christi Redemptoris non legimus fuisse Imperatores dominos mundi, quamvis Glos. illa Bartoli in Extravagant. ad reprimend. adducat de Nabuchodonosor, Daniel 2. de quo dicitur: *Tu Rex Regum es, Deus Cæli, regnum, fortitudinem, gloriam, et imperium dedit tibi, et omnia in quibus habitarent filii hominum.* Sed certum est, quod nec Nabuchodonosor accepit impe-

tural, porque, como dice muy bien Santo Tomás (1.<sup>a</sup> parte, cuestión 92, acerca de la objeción 2.<sup>a</sup>, y cuestión 96, art. 4.<sup>o</sup>), en derecho natural los hombres son todos libres, exceptuándose sólo los dominios paterno y marital, porque, según el derecho natural, el padre tiene potestad sobre sus hijos y el esposo sobre la mujer. Por lo tanto, no hay nadie que tenga por derecho natural el imperio del orbe. Y, como dice también Santo Tomás (II, 2.<sup>a</sup>, cuestión 10, art. 10), el señorío y la prelación se han introducido por el derecho humano, y, por lo tanto, no son de derecho natural y no hay razón mayor para que tengan que sujetarse a semejante dominio los Germanos más que los Franceses. Y Aristóteles, en la *Política* (libro I), dice que la potestad es de dos clases: la una, que se origina en la familia, la del padre sobre los hijos y la del marido sobre la mujer, y ésta es natural. La segunda es civil, porque aunque tenga su origen en la naturaleza, y en este sentido puede decirse que es de derecho natural, porque, como dice Santo Tomás (*De regimine Principum*, libro I, cap. I), el hombre es un animal civil, dicha potestad civil está constituida por la ley y no por la naturaleza.

En lo que toca al derecho divino, antes de la venida de Cristo Redentor, no leemos en parte alguna existieran Emperadores dueños del mundo, aunque en la citada Glosa a la Extravagante *Ad reprimendum* se cite a Nabucodonosor, del cual se dice en Daniel (II, 37 y 38): *Tu eres Rey de Reyes, y el Dios del Cielo te ha dado a ti reino, fortaleza e imperio y gloria y ha sujetado a tu poder los lujeros todos en que habitan los hijos de los hombres.* Mas lo exacto es que Nabucodonosor no

rium specialiter a Deo, sed eo modo quo alii Principes, ut Paulus dicit (1): *Omnis potestas a Domino Deo est.* (2). *Per me Reges regnant, et legum conditores justa decernunt.* Nec etiam habuit imperium jure in totum orbem, ut putat Bart. Nam Judæi non erant ei subjecti jure. Item ex hoc ipso patet, quod nullus erat de jure divino dominus totius mundi, quia gens Judæorum erat libera ab omni alienigena; imo erat prohibitum in lege, ut haberent dominum alienigenam (3): *Non poteris alterius gentis hominem Regem facere.* Et quamvis S. Thom. de Reg. Princ. lib. 3. cap. 4. et 5. videatur dicere, quod Imperium Romanorum fuit a Deo traditum propter justitiam illorum, et amorem Patriæ, et propter optimas leges, quas habebant, hoc non est intelligendum, quod ex traditione, aut ex institutione divina haberent imperium, ut August. etiam dicit 18. *De Civit. Dei*, sed quod providentia divina factum est, ut consequerentur imperium orbis: sed alio jure scilicet vel justi belli, vel alia ratione, non eo modo quo habuit Saul, et David regnum a Deo. Et hoc facile intelliget quis, si consideret, qua ratione, et successione imperia, et dominia in orbe pervenerint usque ad nos. Ut enim omittamus omnia, quæ præcesserunt diluvium, certe post Noe orbis fuit divisus in diversas provincias, et regnat sive hoc fuerit ex ipsius Noe ordinatione, qui supervixit diluvio 350. annos (4), qui in diversas regiones

---

(1) Rom. c. 13.

(2) Proverb. 8.

(3) Deut. 17.

(4) Genes. 9.

recibió este Imperio de un modo especial y distinto del que tienen los otros Príncipes, según dice San Pablo a los Romanos (13, 1): *No hay potestad que no provenga de Dios*, y también los Proverbios 8, 15: *Por mí reinan los Reyes y decretan los legisladores leyes justas*. Además, no es cierto lo que dice Bartolo que Nabucodonosor tuviera imperio sobre todo el orbe. Los Judíos, en derecho, no estaban sujetos al mismo.

Otra prueba de que entonces, por derecho divino, no había nadie amo de toda la tierra, está en que el pueblo Judío era libre y su ley prohibía a los Judíos reconocer señor alguno extranjero. Dice el Deuteronomio (17, 15): *No podréis alzar por Rey a hombre de otra nación*. Y aunque Santo Tomás (*De Regimine principum*, libro III, capítulos IV y V) parece que diga que el Imperio fué otorgado por Dios a los Romanos, en méritos de su justicia y lo buenas que eran sus leyes, no es de entender que tuviera el Imperio como instituido por herencia o institución divina, sino que, como dice asimismo muy bien San Agustín (*De Civitate Dei*, cap. XVIII), plugo a la Divina Providencia que obtuvieran los Romanos la soberanía del mundo. Fué por sus razones, guerras justas u otros títulos, pero nunca sucedió del mismo modo que recibieron de Dios el reino Saúl y David. Y esto se comprende fácilmente sólo recordando los títulos y modos de sucesión cómo la soberanía y los reinos se han transmitido hasta nuestros tiempos. Así, aun prescindiendo de lo que pasó antes del Diluvio, después de Noé el mundo fué dividido en varios reinos y provincias, ya sea por mandato del mismo Noé, que sobrevivió al Diluvio trescientos cin-

misit colonias, ut patet apud Berosum Babylonium: sive, quod verisimilius est, ex consensu mutuo gentium, diversæ familiæ occupaverunt diversas provincias, ut (1) *Abraham dixit ad Lot: Ecce universa terra coram te est, si ad sinistram ieris, ego dextram tenebo: si tu dextram elegeris, ego ad sinistram pergam.* Unde Genes. 10. traditur, quod per pronepotes Noe divisæ sunt nationes, et regiones, sive in aliquibus regionibus primo inceperint esse domini per tyrannidem, sicut videtur fuisse Nemrod, de quo Genes. 10. habetur, quod primus incepit esse potens in terra: sive convenientibus in unum aliquibus in unam Rempublicam ex consensu communi sibi constituerunt Principem. Certum est enim vel his, vel aliis non dissimilibus modis dominia, et imperia inceperunt in mundo, ac postea, vel jure hereditario, vel jure belli, vel aliquo alio titulo derivata esse usque ad nostram ætatem, saltem usque ad adventum Salvatoris: Ex quo patet, nullum ante adventum Christi habuisse jure divino orbis imperium, neque illo titulo hodie posse Imperatorem sibi arrogare orbis dominium, et per consequens nec barbarorum.

Sed post adventum Domini posset quis prætere, quod ex traditione Christi esset unus Imperator in orbe, quia Christus etiam secundum humanitatem fuit orbis dominus, juxta illud (2): *Data est mihi omnis potestas, etc.*, quod secundum August. et Hieronymum in-

---

(1) Genes. 13.

(2) Matth. 28.

cuenta años (Génesis, 9), y el cual, según dice Beroso Babilónico, mandó colonias a diversas regiones, ya sea (y esto es lo más probable) que por consentimiento mutuo las diversas familias ocuparon diversas provincias, como se dice en el Génesis (13, 9): *Y dijo Abraham a Loth: ahí tienes a la vista toda esta tierra... Si tú fueres a la izquierda, yo iré a la derecha; si tú escogieras la derecha, yo me iré a la izquierda.* Y por el mismo Génesis (cap. X) sabemos que por los biznietos de Noé se formaron diversas naciones y provincias, aunque en algunas se alcanzó el señorío por la tiranía. Así parece fué el caso de Nemrod, del cual dice el Génesis (cap. X) que fué el primer poderoso de la tierra. En otras ocasiones, por común acuerdo, en unos países se constituyeron Repúblicas y en otros se eligieron Príncipes. Pero lo cierto es que en estas formas o en otras no muy diferentes principiaron los señoríos y los imperios en el mundo, y han continuado así por derecho de herencia o por el de conquista u otros títulos hasta nuestros tiempos o, por lo menos, hasta el advenimiento del Salvador. De lo cual se infiere evidentemente que antes de Cristo no había quien tuviera por derecho divino el Imperio del orbe y, por lo tanto, fundándose en dicho título y tiempo, el Emperador no puede hoy arrogarse el dominio de toda la tierra y, por lo tanto, de dichos bárbaros. Pero se puede alegar aún que después de la venida del Señor, por tradición y mandato de Cristo hubo un Emperador para toda la tierra, ya que Cristo, en su Humanidad, era señor del orbe, según aquello de San Mateo (8, 25): *A Mí se ha dado toda potestad*, lo cual, según San Agustín y San Jerónimo, se

telligitur secundum humanitatem. *Et omnia subjecit sub pedibus ejus*, ut introducit Apostolus 1. Corint in fin. ergo sicut reliquit in terra unum Vicarium in spiritualibus, ita reliquit etiam in temporalibus, et hic est Imperator. Et S. Thom. de Reg. Princ. lib. 3. c. 13. dicit, quod Christus a nativitate sua erat verus mundi dominus, et Monarcha, cujus vices gerebat Augustus, licet non intellegens. Et clarum est, quod non gerebat vices in spiritualibus, sed in temporalibus. Cum ergo Regnum Christi si fuit temporale, fuit in toto orbe, ergo etiam Augustus erat Dominus orbis, et eadem ratione successores ejus.

Sed neque hoc dici ullo modo potest. Primum, quia hoc ipsum est dubium, an Christus secundum humanitatem fuerit Dominus temporalis orbis. Et probabilius est quod non, et ipse Dominus videtur asseruisse in illo loco: *Regnum meum non est de hoc mundo*. Unde, et Sanctus Thomas illic dicit, quod dominium Christi directe ordinatur ad salutem animæ, et ad spiritualia bona, licet a temporalibus non excludatur eo modo, quoad spiritualia ordinatur. Unde patet, quod non est sententia S. Thom. quod Regnum Ejus esset ejusdem rationis cum regno civili, et temporali, sed ita est, quod ad finem redemptionis habebat omnimodam potestatem, etiam in temporalibus: sed secluso illo fine, nullam habebat. Et præterea, dato quod fuisset Dominus temporalis, hoc est

refiere a Su Humanidad. Luego se añade que el Apóstol (1.º a los Corintios, 15, 25), continúa: *Todas las cosas las sujetó Dios debajo de los pies de su hijo*. Y prosiguen diciendo que así como Cristo dejó un Vicario para las cosas espirituales, también dejó otro para las temporales, y éste es el Emperador. Y citan a Santo Tomás que, en *Regimine Principum* (libro III, cap. 13), dice que Cristo desde su nacimiento era el verdadero Señor y Monarca de todo el mundo, y que Augusto, aun sin saberlo, era su representante por delegación que se refería a las cosas temporales y no a las espirituales. Por lo tanto, si el reino de Cristo era temporal, se extendía a todo el mundo y como delegado suyo, y por esta razón, Augusto era Señor de la tierra y lo son sus sucesores...

Pero todo esto es inexacto. En primer lugar, y en su mismo principio o base, hay que decir que es dudoso que Cristo en Su Humanidad fuera Señor del orbe. Lo más probable es que no, y lo aseveró el mismo Redentor en aquellas palabras: *Mi Reino no es de este mundo* (San Juan, 18, 36). Y conforme a ello, Santo Tomás advierte que el dominio de Cristo está ordenado directamente a la salvación del alma y a los bienes espirituales, aunque no se excluya en las cosas temporales para lo que se relacione con los fines espirituales. Esto demuestra que Santo Tomás de Aquino no opina que el Reino del Señor tuviera la misma causa que el reino civil o temporal, sino que para el fin de la redención tenía Cristo potestad omnímoda, aun en las cosas temporales, pero que en lo que no se refería a tal fin no existía ninguna. Y aun admitiendo que Cristo fuera Señor temporal es una conseja el afir-



divinare dicere quod reliquit illam potestatem Imperatori, cum de hoc nulla mentio facta sit in tota Scriptura. Et quod S. Thom. dicit, quod Augustus gerebat vices Christi, primum hoc dixit ibi. In tertia autem parte, ubi loquitur ex profeso de potestate Christi, nullam mentionem fecit de hac temporali potestate Christi.

Secundo S. Thom. intellegit, quod gerebat vices Christi quatenus temporalis potestas est subjecta, et ministra spiritualis potestatis. Imo hoc modo Reges sunt ministri Episcoporum, sicut, et ars fabrilis est subjecta equestri, et militari: sed tamen miles, aut dux non est faber sed habet imperare fabro in armis fabricandis. Et. S. Th. in illo loco (1) expresse dicit regnum Christi non esse temporale, nec tale quale Pilatus intelligebat, sed regnum spirituale, quod ipse Dominus declarat eodem loco: *Tu dicis quia Rex sum ego. Ego in hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati.* Et sic patet, quod est merum commentum dicere, quod ex traditione Christi sit unus Imperator, et Dominus mundi.

Quod etiam aperte confirmatur: Quia si hoc esset ex jure divino, quomodo imperium fuit divisum in Orientale, et Occidentale? Primo inter filios magni Constantini, et postea ab Stephano Papa, qui imperium Occidentale transtulit ad Germanos, ut habetur in dict. cap. *Per venerabilem*. Est enim ineptum, et

---

(1) Joann. 18.

mar que delegara tal potestad al Emperador, porque en toda la Sagrada Escritura no hay mención alguna de semejante hecho ni de tal delegación. Y en cuanto a si Santo Tomás dijo que el Emperador es el Vicegerente de Cristo, es verdad que primeramente lo afirma en el lugar citado, pero en su Tercera Parte, donde habla directamente y *ex profeso* de la potestad de Cristo, no hace alusión ni mención alguna de tal potestad temporal. En segundo lugar, Santo Tomás advierte que el Emperador hace las veces de Cristo en el sentido en el cual la potestad temporal es súbdita y ministra de la espiritual. De este modo, los Reyes son ministros de los Obispos, en igual forma que los artesanos están sometidos a los caballeros y militares, y así es porque el militar o capitán no artífice manda al herrero que le construya las armas. Y Santo Tomás, refiriéndose al texto citado de San Juan (18, 36), dice que el Reino de Cristo no era temporal, como entendía Pilatos, sino espiritual, como declara el Señor en dicho lugar: *Así es como dices; Yo soy Rey. Yo para ello nací y para esto vine al mundo, para dar testimonio de la verdad.* De todo lo dicho resulta que es mera palabrería afirmar que, por transmisión de Cristo, exista un Emperador y Señor del mundo.

Los hechos confirman plenamente lo que decimos. Si tal transmisión existiera por derecho divino, ¿cómo se habría dividido después el Imperio en Oriental y Occidental? Partiósese primero entre los hijos de Constantino Magno, y después el Papa Estebán concedió el Imperio Occidental a los Germanos, según resulta del citado capítulo *Per venerabilem*. Y es in-

ineruditum, quod Gloss. illic dicit, quod Græci postea non fuerunt Imperatores. Nunquam enim Imperatores Germani hoc titulo prætenderunt se esse Græciæ dominos. Et Joann. Palaologus Imperator Constantinopolitanus, in Concilio Florentino habitus est pro legitimo Imperatore. Et præterea Patrimonium Ecclesiæ (ut fatentur ipsi Juristæ, etiam Bartolus) non est subjectum Imperatori. Quod si omnia essent subjecta Imperatori jure divino, ex nulla donatione Imperatorum, nec alio titulo potuissent eximi ab Imperatore, sicut nec Papa potest quem quam eximere a potestate Papæ. Item nec Regnum Hispaniæ est subjectum Imperatori, nec Francorum. ut etiam habetur in dict. cap. *Per venerabilem*, licet Gloss. ex capite suo addat, quod hoc non est de jure, sed de facto. Item Doctores concedunt quod civitates, quæ aliquando fuerunt subjectæ Imperio, potuerunt per consuetudinem eximi ab Imperio: quod non esset si subjectio hæc esset de jure divino.

De jure autem humano constat, quod Imperator non est dominus orbis. Quia vel esset sola authoritate legis: et nulla talis est; et si esset, nihil operaretur, quia lex præsupponit jurisdictionem. Si ergo ante legem non habebat Imperator jurisdictionem in orbe, lex non potuit obligare non subditos, nec hoc habuit imperator, aut per legitimam successionem, aut

exacta y desprovista de erudición sólida la afirmación que hace la Glosa a este propósito de que, después de ello (la cesión del Papa Esteban), no fueron ya los Griegos Emperadores. Nunca pretendieron los Emperadores de los Germanos ser señores de Grecia, y en el Concilio de Florencia fué reconocido Juan Paleólogo Emperador de Constantinopla como Emperador legítimo. Por otra parte, el Patrimonio de la Iglesia jamás estuvo sometido al Emperador; lo confiesan los jurisconsultos y Bartolo mismo. Pues bien: si todas las cosas por el derecho divino estuvieran sometidas al Emperador, bajo ningún título ni pretexto, ni siquiera el de una donación, podrían ser substraídas al Emperador, por la misma razón que el Papa no puede eximir a nadie de la potestad papal que le pertenece. Además, ni el Reino de España ni el de los Franceses se hallan sujetos al Emperador, y esto lo confirma el capítulo dicho, *Per venerabilem*, aunque la Glosa advierta por su cuenta y riesgo que esto sucede de hecho, pero no de derecho. También los Doctores conceden que las ciudades que en algún tiempo fueron súbditas del Imperio podrían por costumbre quedar eximidas de él, y esto no sería posible si tal sujeción procediese del derecho divino.

Y ateniéndose al derecho humano, tampoco el Emperador es dueño del orbe. Si así fuera, sería sólo por la autoridad de una ley, y si la hubiera carecería de vigor, porque la ley supone la existencia previa de la jurisdicción. Y si antes de la ley no tenía el Emperador jurisdicción en el orbe, tal ley no podría obligar a los que previamente no fueran ya súbditos suyos. Ni por tener tal título por legítima he-

donationem, aut permutationem, aut empti-  
nem, aut justo bello, aut electione, aut aliquo  
alio legali titulo, ut constat. Ergo nunquam  
Imperator fuit dominos totius mundi.

2. Imperator  
licet esset domi-  
nus mundi, non  
ob id posset oc-  
cupare provin-  
tias barbarorum,  
et constituere no-  
vos dominos, et  
veteres deponere,  
vel vectigalia  
capere.

2. Secunda conclusio: *Dato \* quod Impera-  
tor esset dominus mundi, non ideo posset occu-  
pare Provincias barbarorum, et constituere  
novos dominos, et veteres deponere, vel vecti-  
galia capere*, Probatur: Quia etiam qui Impe-  
ratori tribuunt dominium orbis, non dicunt  
eum esse dominum per proprietatem, sed so-  
lum per jurisdictionem: quod jus non se ex-  
tendit ad hoc, ut convertat provincias in suos  
usus, aut donet pro suo arbitrio oppida, aut  
etiam prædia. Ex dictis ergo patet, quod hoc  
titulo non possunt Hispani occupare illas pro-  
vincias.

*Secundus titulus*, qui prætenditur, et quidem  
vehementer adseritur ad justam possessionem  
illarum provinciarum, est ex parte Summi Pon-  
tificis. Dicunt enim quod Summus Pontifex est  
totius orbis Monarcha etiam temporalis, et  
per consequens, quod potuit constituere His-  
paniarum Reges Principes illorum barbaro-  
rum illarumque regionum: et ita factum est.

Circa hoc, opinio est quorundam Juriscon-  
sultorum, quod Papa habet plenam jurisdictio-  
nem in temporalibus in toto orbe terrarum, adi-  
cientes etiam, quod omnium principum secu-  
larium potestas a Papa in eos derivata sit.  
Ita tenet Hostien. in cap. *Quod super his*, de  
Vot. et Archiepis. 3. part. tit. 22. cap. 5. § 8.  
et Aug. Anch. Ita tenet Sylvest. qui multo

rencia, ni por donación, permuta o venta, ni por consecuencia de una guerra justa, ni por elección, ni por ningún otro título jurídico, jamás fué el Emperador dueño del mundo entero.

2. Conclusión segunda: *Aunque se admitiera que el Emperador fuese el Señor del mundo, esto no le daría derecho a ocupar las provincias de aquellos bárbaros, constituir allí nuevos Príncipes, deponiendo a los antiguos y cobrar impuestos.* Y esto se prueba atendiendo a que los mismos que atribuyen al Emperador el dominio del orbe no dicen que lo tenga en cuanto a la propiedad, sino únicamente en lo que se refiere a la jurisdicción; pues bien; esta jurisdicción no se extendería a poder tomar para sí dichas provincias y dar a su arbitrio ciudades ni tierras. Y, en resumen, se deduce que por este título no pueden haber adquirido los Españoles dichas provincias.

El *segundo título* que se alega (y, por cierto, por algunos muy vehementemente) para sostener la justicia de la posesión de dichas regiones es que está en razón al Sumo Pontífice. Se afirma que el Papa es Monarca de todo el orbe, aun en lo temporal y que, por consiguiente, pudo constituir a los Reyes de España en Príncipes de dichos bárbaros, y que así había sucedido.

Existe en esta materia la opinión de algunos jurisconsultos de que el Papa tiene una plena jurisdicción temporal en toda la extensión de la tierra, y añaden aún que la potestad de todos los Príncipes seculares se deriva del Papa. Esta es la opinión del Hostiense en el capítulo *Quod super his*, tít. *De voto* (Decretales, 3, 34, 8), del Arzobispo (3.<sup>a</sup> parte, tít. 22, cap. 5, § 8), y de Agustino Anconitano. Lo mismo enseña Silvestre, que aun y más gene-

2. Aunque el Emperador fuera el amo del orbe, no tendría derecho a ocupar las regiones de los bárbaros, ni de deponer a los antiguos Señores, ni de constituir otros nuevos, ni de imponer allí contribuciones

etiam largius, et benignius hanc potestatem tribuit Papæ, in verb. *Infidelitas*, § 7. et in verb. *Papa* § 7. 10. 11. et 14. et in verbo *Legitimus*, § 4. Mirabilia dicit in illis locis circa hoc: ut puta, quod potestas Imperatorios, et omnium aliorum principum est subdelegata respectu Papæ, et quod est derivata a Deo mediante Papa, et quod tota illorum potestas dependet a Papa, et quod Constantinus donavit terras Papæ in recognitionem dominiî temporalis. Et e contrario Papa donavit Constantino Imperium in usum, et stipendium. Imo quod Constantinus nihil donavit, sed reddidit quod erat subtractum: et quod si Papa non exercet jurisdictionem in temporalibus extra patrimonium Ecclesiæ, non est propter defectum auctoritatis, sed ad vitandum scandalum Judæorum, et ad nutriendam pacem, et multa alia his vaniora, et absurdiora, ibi dicit. Tota probatio istorum est: Quia: Domini est terra, et plenitudo ejus: et Data est mihi omnis potestas in Cœlo, et in terra. Et Papa est Vicarius Dei, et Christi. Et (1) Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem, etc. Et hujus opinionis etiam videtur esse Bart. in illa Extravagant. ad reprimendam, et videtur favere S. Thom. in fine secundi Sententiarum, cujus, ultima verba sunt in solutione ad quartum argumentum, quod est ultimum totius libri, quod

---

(1) Ad Ephes. 2.

rosamente atribuye esta potestad al Papa, en la palabra *infidelitas*, § 7, y en la de *Papa*, §§ 7, 10, 11 y 14 y en la *Legitimus*, § 4. Cosas peregrinas dice a esta sazón; sirvan de ejemplo las siguientes: *La potestad del Emperador y la de todos los Príncipes es subdelegada de la del Papa porque es derivada de Dios por mediación del Papa, y, por esto, toda la potestad de los mismos depende del Papa, y en virtud de ello, Constantino dió territorios al Papa en reconocimiento de su dominio temporal. Prosigue, por otra parte, diciendo que el Papa dió el Imperio a Constantino en usufructo y como galardón, por lo cual, al ceder el Patrimonio de San Pedro, Constantino nada regaló, sino que devolvió lo que había tomado, y, por lo tanto, que si el Papa no ejerce jurisdicción en las cosas temporales fuera del Patrimonio de la Iglesia, no es porque le falte autoridad para ello, sino para evitar la crítica de los judíos y conservar la paz, y acaba con otras sandeces, aun más vanas y absurdas. La única prueba que ofrecen estos autores para tal argumentación se halla en los siguientes textos: Del Señor es la tierra y cuanto ella contiene (Salmo 23, 1), y el de A Mí se ha dado toda potestad en el cielo y en la tierra (San Mateo, 28). Y continúan: el Papa es el Vicario de Dios y de Cristo. Y Cristo se humilló a sí mismo haciéndose obediente hasta la muerte (a los Filipenses, 2, 8). De tal opinión parece ser Bartolo en dicha Extravagante *Ad reprimendum*. A primera vista, parece que Santo Tomás favorece esta doctrina al fin del segundo libro de las Sentencias, cuyas últimas palabras son la solución del cuarto argumento, que es el último de todo el libro.*



MUSEO HISTORICO-NATURAL  
JULIO 1902



Papa tenet utriusque potestatis apicem, scilicet secularis, et spiritualis. Et ejusdem opinionis est Herveus *de potestate Ecclesiæ*.

Hoc ergo fundamento jacto, dicunt authores hujus sententiæ. Primo, *quod Papa libere potuit constituere Principes barbarorum Reges Hispaniæ, tanquam supremus dominus temporalis*. Secundo dicunt, *quod dato hoc non posset, saltem si barbari nolunt recognoscere dominium temporale Papæ in eos hac ratione potest eis inferre bellum, et imponere Principes*: Utrumque autem factum est: nam primo Summus Pontifex concessit illas provincias Regibus Hispaniæ. Secundo etiam barbaris propositum fuit, et significatum, quod Papa est Vicarius Dei, et habet vices Ejus in terris: et ideo, quod recognoscant eum superiorem, quod si illi recusaverint, jam justo titulo dicitur eis bellum inferendum, et occupare provinciæ illorum, etc. Et hoc secundum nominatim dicit Hostien. ubi supra, et *Summa Angel.*

3. Papa non est dominus civilis, aut temporalis totius orbis, loquendo proprie de dominio et potestate civili.

3. *Resp. contra dicta, et impugn. 2 titulus.* Sed quia de dominio temporali Papæ prolixè disputavi in relectione de Potestate Ecclesiastica, ideo hic breviter per propositiones respondebo. Prima: *Papa \* non est dominus civilis, aut temporalis totius orbis, loquendo proprie de dominio, et potestate civili.* Hæc conclusio est Turrecrem. lib. 2. cap. 113. et Joann. Andr.

En él se dice que el Papa tiene la raíz de los dos poderes: el espiritual y el temporal. Y de la misma opinión es Herveo, en su libro *De Potestate Ecclesiae*.

Y, fundándose en estos argumentos, dicen los propugnadores de esta opinión. Primero: *El Papa tenía plena facultad para instituir a los Reyes de España Príncipes de los bárbaros, porque es el supremo Señor temporal de toda la tierra.* Segundo: *Y en el caso de que esto no pudiese ser por no haber reconocido los bárbaros indios el poder temporal del Papa, éste, por tal motivo, puede declararles la guerra e imponerles Príncipes.* Ambas cosas advierten ellos han sucedido, pues primero el Sumo Pontífice otorgó y concedió dichas provincias a los Reyes de España y luego se notificó a tales bárbaros que el Papa es el Vicario de Cristo y que ocupa su lugar en la tierra y que, por lo tanto, tenían que reconocerlo como su superior, y, por consiguiente, en el caso de rehusarlo, existía justo título para hacerles la guerra y ocupar las provincias de los mismos. Así lo dice terminantemente el Hostiense en el lugar antes citado y también Angelo en su *Summa angelica*.

3. *Se responde a todos estos argumentos y se impugna el segundo título.* Como se discute ampliamente acerca de la potestad temporal del Papa en la Relección sobre la *Potestad eclesiástica*, contestaré aquí muy brevemente con las siguientes proposiciones: 1.<sup>a</sup> *El Papa no es Señor civil o temporal de todo el orbe, si se habla rigurosa y estrictamente del dominio y soberanía civil.* Esta es la opinión de Torquemada (libro II, cap. CXIII), de Juan Andrés y de Hugo (Distinción 69, al ca-

3. El Papa carece del dominio civil o temporal de todo el orbe; se entiende en el sentido estricto del derecho o poder civil.

et Hugo 69. dist. *Cum ad verum*. Et fatetur doctissimus Innocen. in dict. cap. *Per venerabilem* se non habere potestatem temporalem in Regno Franciæ. Et videtur expressa sententia Bernardi in 2 lib. de Conf. ad Eugen.

Et opposita sententia videtur esse contra præceptum Domini, qui (1) ait: *Scitis quia Principes gentium d<sup>ominantur</sup> eorum, etc. Non ita erit inter vos*. Item contra præceptum Apostoli (2). *Non dominantes in clerum, sed facti gregis*. Et si Christus dominus non habuit dominium temporale, ut supra tanquam probabilius disputatum est, etiam ex sententia S. Thom. multo minus Papa habet, qui est Vicarius: et isti tribuunt Summo Pontifici quod ipse nunquam agnovit: imo contrarium fateatur in multis locis, ut in relectione illa dictum est, et satis probatum, sicut supra de Imperatore: quia non potest ei convenire dominium nisi jure naturali, aut divino, aut humano. Naturali, aut humano, certum est quod non. De divino nullum profertur: ergo frustra asseritur, et voluntarie. Et quod Dominus dixit Petro: *Pasce oves meas*, satis ostendit esse potestatem in spiritualibus, et non temporalibus. Et præterea ostenditur Papam non esse dominum in toto orbe. Nam ipse Dominus dixit (3):

---

(1) Matth. 20. et Luc. 22.

(2) Petr. c. ult.

(3) Joann. 10.

non *Cum ad verum*). Y el doctísimo Inocencio, en el dicho capítulo *Per venerabilem* (Decretales, 1, 6, 34), sienta que el Papa no posee tal poder temporal sobre el reino de Francia. Y parece ser también de este sentir San Bernardo en el segundo libro de su obra *De Consideratione*, dirigido al Papa Eugenio.

La doctrina, opuesta a la nuestra, pugna con el precepto del Señor, que dijo: *No ignorais que los Príncipes de las Naciones avasallan a sus pueblos, no ha de ser así entre vosotros* (San Mateo, 20, 25 y 26). Además, es contrario a lo mandado por el Apóstol San Pedro (1.<sup>a</sup>, 3): *Ni cómo que queréis tener señoría sobre el clero o la heredad del Señor, sino siendo verdaderamente dechados de la grey*. Y si Cristo no tuvo tal dominio temporal, según lo antes sostenido como lo más probable, fundándonos para ello en la autoridad de Santo Tomás, mucho menos ha de poseerlo el Papa, que es su Vicario. Nuestros contrarios atribuyen al Papa lo que éste no ha pretendido ni reclamado nunca; al revés, ha admitido lo contrario muchas veces, como he probado en la Relección citada. Del mismo modo que hemos dicho, acerca del Emperador; de existir tal dominio tendría que ser por el derecho natural, por el derecho divino o por el derecho humano. Es cierto que no puede ser por el derecho natural ni por el humano, y no se prueba que sea por el divino; por lo tanto, toda esa doctrina es infundada y gratuita. Cuando el Señor dijo a Pedro: *Pace a mis ovejas*, manifestó bien claramente que dicha potestad era en lo espiritual y no en lo temporal. Muy claramente se demuestra que el Papa no es dueño de todo el orbe. El Señor

quod in fine seculi *fiet unum ovile, et unus pastor*. Unde satis constat in præsentia non omnes esse oves unius ovilis. Item dato, quod Christus haberet hanc potestatem, constat non esse commissam Papæ. Patet, quia non minus Papa est Vicarius Christi in spiritualibus, quam in temporalibus, sed Papa non habet jurisdictionem spiritualem super infideles, ut etiam farentur adversarii, et videtur expressa sententia Apostoli (1): *Quid ad me de ii qui foris sunt judicare?* ergo nec etiam in temporalibus.

Et certe argumentum nullum est, Christus habuit potestatem temporalem in toto orbe: ergo, et Papa habet. Nam Christus sine dubio habuit potestatem spiritualem in toto orbe, non minus supra fideles, quam supra infideles: et potuit ferre leges obligantes totum orbem, sicut fecit de Baptismo, et articulis fidei: et tamen Papa non habet illam potestatem supra infideles, nec posset eos excommunicare, nec prohibere connubia in gradibus jure divino permisis: ergo. Item quia etiam secundum Doctores Christus potestatem excellentiæ non commisit etiam Apostolis: ergo etiam nihil valet consequentia; Christus habuit potestatem temporalem in orbe: ergo, et Papa.

4. S u m m u s Pontifex quamvis haberet potestatem secularem in mundo, non posset eam dare Principibus secularibus.

4. Secunda propositio: *Dato \* quod Summus Pontifex haberet talem potestatem secularem in toto orbe, non posset eam dare principibus secularibus*. Hoc patet, quia esset an-

(1) 1. Corinth. 5.

dijo que *al fin de los siglos se hará un solo rebaño y un solo pastor* (San Juan, 10, 16). De lo cual resulta que antes de ello y actualmente no pertenecen todas las ovejas a un solo pastor. Y también se infiere que aunque Cristo tuviera tal potestad no consta que la haya transmitido al Papa. Dicen que el Papa es Vicario de Cristo, tanto en las cosas espirituales como en las temporales; pero no es verdad que ni siquiera tenga jurisdicción espiritual en los infieles. Esto lo confiesan ellos mismos, y resulta de las expresadas palabras del Apóstol (1.<sup>a</sup> a los Corintios, 5, 16): *Cómo puedo yo meterme a juzgar a los que están fuera de la Iglesia?* Luego menos puede tener tal jurisdicción en las cosas temporales.

El argumento, basado en que como Cristo tuvo poder temporal en todo el orbe, lo ha de tener asimismo el Papa, es falso. Es verdad que Cristo tuvo poder temporal sobre todo el orbe, tanto en los fieles como en los infieles, y pudo edictar leyes que obligasen a todos los hombres, como hizo con respecto al Bautismo y a los artículos de la Fe; pero el Papa no tiene igual potestad sobre los infieles, y no puede excomulgarles, ni prohibir entre ellos los matrimonios en los grados permitidos por el derecho divino. Además, según los Doctores, no transmitió Cristo a los Apóstoles la potestad de supremacía; por esto no se puede admitir la consecuencia de que porque Cristo tuvo potestad temporal en toda la tierra la haya de tener el Papa.

4. *Segunda proposición. Aun admitiendo que el Papa tuviera tal potestad temporal en todo el orbe, no podría transmitirla ni cederla a los Príncipes seculares.* Esto se infiere de

4. Aunque el Papa tuviera potestad secular en el orbe, no podría transmitirla a los Príncipes seculares.